



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jus Canonicum Ad Libros V. Decretalium Gregorii IX.

Huth, Adam

Augustæ Vindelicorum, 1732

13. De eo, qui cognovit consanguineam uxoris seu sponsæ

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63433)

TITULUS XIII.

De eo, qui cognovit consanguineam
uxoris suæ seu Sponsæ.

TITULUS XIV.

De Consanguinitate & affinitate.

NOTA.

Coniunguntur duo hi tituli, eo quòd posterior prioris materiam totam exhauriat cum enim in posteriori agatur de affinitate in tota sua latitudine sumpta, adcoque de orta tam ex copulâ licitâ, quàm illicita, agatur pariter de ea, quam contrahit cognoscens consanguineam uxoris suæ,

§. I.

De Consanguinitate.

Q. I. *Quid sit consanguinitas? Resp.* Juxta communem, est vinculum seu conjunctio personarum ab eodem stipite propinquo per carnalem propagationem descendentium. Dicitur *ab eodem stipite propinquo*, ne omnes homines utpote ab Adamo descendentes sint consanguinei. Dicitur *per carnalem propagationem*, non addendo: *ordinariam*, cum inter Christum & B. V. vera fuerit consanguinitas, non tamen propagatio carnalis ordinaria. Neque etiam addendo: *vel quarum* (scil. personarum) *una ab alia descendit*, quia non definimus illam consanguinitatem, quæ inter proto-parentem Adamum fuit ejusque filios, sed prout hodie in usu est.

Q. 1.